

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christoph Martin Burchard

**Programma Qvo Rector Academiæ Rostochiensis Christoph. Mart. Burchardvs,  
Med. D. ... Ad Instans Tempus Passionale, Civibvs Academicis Serio Commendat  
Vt Jesvm Christvm Tanqvam Regem Nostrvm ... Venerentvr**

Rostochii: Typis Ioh. Iacob. Adleri, [1739?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004028954>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1739. Fasten.

M-1256. 281.

Q. 1739

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**CHRISTOPH. MART.  
BURCHARDVS,**  
MED. D. & PROFESS. P. O. FACULTATIS  
SVAE SENIOR

AD  
**INSTANS TEMPVS  
PASSIONALE**

CIVIBVS ACADEMICIS  
SERIO COMMENDAT

VT  
**JESVM CHRISTVM**

TANQVAM  
REGEM NOSTRVM & SVMMVM SACER-  
DOTEM DIGNE VENERENTVR.

---

ROSTOCHII,  
Typis IOH. IACOB. ADLERI PRINC. ET ACAD. Typogr.

M. 1256 257  
1465 250





Ræfens tempus, Cives Dilectissimi, quod Nobis magnum Redemptionis Negotium in memoriam revocat, me quoque officii admonet, ut de novo Vos alloquar: id quod eo lubentius nunc præsto, quoniam mihi in præsenti non res est, cum immorigeris, qui dissoluta Morum ac Legum disciplina, Academicam libertatem in licentiam vertunt, & in propria viscera, sive Concives suos, desæviunt; sed cum talibus, qui monitis aurem præbent, & suo obsequio venerationem Legibus testantur. Facitis hoc ipso, Cives, quod ingenuos adolescentes decet, & eo majorem gratiam apud Magistratum Academicum promeriti estis, quo magis prompta fuit, vita morumque emendatio; quæ ut constans nobis sit, cupimus omnino, ac speramus. Certe, quemadmodum æquitas postulat, ut publice hic laudes vestras profitear, sic vestiarum vicissim partium erit, hoc agere, & ita vestros mores compонere, ne falsum, aut nimis facilem virtutum vestiarum videar egisse præconem. Itaque optamus, aut, si æquum est, a Vobis expetimus, ut publice appareat, Vos spem, de Vobis nuper conceptam, non implere solum, sed etiam superare velle. Præsertim hoc ipso tempore, quod nunc instat, quodque magnitudine ac dignitate vix sui simile habet. Magnum id merito prædicamus, cum respectu Personæ, cuius memoriam devote veneramur, cum respectu Rerum, quæ ab ipsa fuere peracta. De Magnitudine Personæ sponte Vobis, etiamsi levissime Christiana doctrina quis imbutus sit, constare posset; est enim ipse Deus,

Deus, secunda Divinitatis Persona, ut propterea nullus mortalium, etiam si ad summum gloriæ mundanæ, ac felicitatis fastigium pervenerit, cum ipso comparari queat. Hinc Viri *Georγeus* Veteris Testamenti, quoties de futuro Messia vaticinati sunt, admodum magnifice de ipso semper sunt locuti: ita enim ipse Davides, cuius filius tamen, secundum Humanam Naturam, Messias dicitur, Ps. XXIV. 7. Machet die Thore weit, und die Thüre in der Welt hoch, daß der König der Ehren einziehe. Wer ist derselbe König der Ehren? Es ist der Herr stark und mächtig, der Herr mächtig im Streit :: Es ist der Herr Zebaoth, Er ist der König der Ehren. Sela.

Quemadmodum autem nullum dubium est, Messiam nostrum esse ipsum Dei Filium, & summum Deum, juxta Ps. II. 7. Der Herr hat gesagt: du bist mein Sohn, heute hab ich dich gezeuget, heische von mir, so will ich dir die Heyden zum Erbe geben, und der Welt Ende zum Eigenthum: Sic facile apparet, non in hisce locis sermonem esse, de Regno sive Imperio mundano, sed de Spirituali. Nam quādū ipsi mortales quondam degit Messias, Regiam non affectavit dignitatem, potius sollicite eam vitavit: cum enim agnosceret, populum hoc agere, ut Regem se crearent, secessit in montem, seque abscondit, ut Johannes testatur Cap. VI. 15. Exleruit equidem aliquoties, Hierosolymis potissimum, suam Majestatem, Ingressum Triumphalem ibidem instituens; nam & jubebat pullum asinum sibi adduci, non precario, sed Summi Imperantis instar, quia isto indigeret; præterea omnis multitudo more Regio eum excipiebat, vestimentis frondibusque viam sternendo, per quam vehebatur; omnium animis subito ad obsequium pronis; quod non fortuito, multo minus præmeditato tot millium consensu, ac conspiratione prævia, factum esse, quicquid est, qui non perspiciat? fatendum potius, divina præpotenti virtute omnes ad cultum ac venerationem, Majestati supremæ debitam, abrepitos quasi fuisse, ita ut etiam Divino Spiritu agitati proclamarent: Hosanna dem Sohne David, gelobet sey, der da kommt im Rahmen des Herrn, Hosanna in der Höhe. Matth. XXI 9. Imo, quod longe majus videtur, solus, quotquot in area Templi aderant nundinatum greges, fatali terrore percusso, exturbavit: non enim in unius hominis viribus hoc situm esse, facile agnovere Pharisæi, & propterea ex ipso exquirebant, quanam virtute haec perageret? Quis welcher Macht thust du diß? oder wer hat dir die Macht gegeben? Lue XX.

( 2

2. Quam

Quamvis autem ex his, tanquam evidentissimis documentis, non possimus non agnoscere Divinitatem Jesu Christi, nihilominus, cum hanc ipsam, sub Humana Natura reconditam, ordinarie velaverit, sufficienter indicavit, non mundanæ gloriae eum studuisse, nec terrestre Regnum erigere voluisse, sed Spirituale, cui partim in militante, partim in Triumphantie Ecclesia, tanquam Dominus Justicie nostræ, & Rex gloriae præsideat, uti Oracle divina. Jerem. XXIII. §. 6. Lue. I. 32 33. edocent. Non solum autem æternum hoc Regnum esse deber, sed & magnum ac latissime diffusum, Magnitudini Regis respondens, quemadmodum Prophetæ Veteris Testamenti id prædictum, veritatem vero vaticinii eventus probavit: Jesaias namque C. XLIX. 6. Deum introducit ita differentem: Es ist ein geringes, daß du mein Knecht bist, die Stämme Jacob aufzurichten, und das verwahrloste in Israel wieder zu bringen, sonder ich habe dich auch zum Licht der Heyden gemacht, daß du seyst mein Heyl, bis an der Welt Ende. vid. & Esaïæ L. IX v. 6. 7. Hæc Prophætia, Cives, a septendecim seculis impleta, in hoc tempus perdurat; Extendit enim se hoc Regnum per omnes totius mundi gentes, sub tenebris Ethnicismi quondam viventes, ut nunc paucæ regiones sint, quæ Christum tanquam Dominum suum non venerentur, aut ad quas radii Evangelicæ lucis non pervenerint; modo non aliqui in plena meridie coecutire mallent, tenebras Luci adhuc præferentes. Cum ergo & Nobis, Cives, Paganismi nebulis quondam involutis, hæc felicitas contigerit, ut plena Evangelica Luce nunc fruamur, ad nos primario pertinere putemus, illud Davidis Ps. XXIV. 7. supra adductum, ut patentibus portis aditum in suum Regnum inveniat Rex Regum, Dominus Dominantium, non magnifica pompa, sed devoto ac pio animo excipiendus. Pateant aures & corda vestra Salvificæ ipsius Doctrinæ, nec induremus pectora Nostra, sicut olim Judæi, cum Regium Ingressum illic celebraret; nec ad lachrymas eum adigamus, ut olim gens ista fecit in propriam suam perniciem, ad fatale illud, ac tragicum usque excidium, pervicax, ne aliquando similia eum ipsis experiamur fata, & loco Evangelicæ Lucis, quam contemptam habuimus, spissis Atheismi, vel Fanaticismi involvamur tenebris. Utriusque feminæ hodie abunde disseminantur, hæc aperte, ista vero teœte, Philosophiae Sublimioris magnifico nomine incrustrata. Nec in hisce terris horum præcones deficiunt, etiam hic audacius Fanatica dogmata

mata propugnantes, postquam id sibi licere, male sanarabies persuasum voluit, in veram Evangelicam Doctrinam mordaciter desæviens, ut dubius Auditorum animus & in incerto fluctuans, anxiusque, eo felicius novis commentis, ac doctrinæ lenociniis captus, in devia rapitur. Certe si istas vulpeculas audias, quotquot Verbi Divini Ministros Mecklenburgum huc usque aluit, quotquot Rostochium habuit Theologæ Doctores, ac purioris Doctrinæ Propugnatores, Luce Evangelica fuere destituti; de se ipsis vero persuasum volunt, quasi novum Lumen nobis nunc demum accendant. Ast linquamus istos finistro suo fato: veniet enim, si Deus pro Nobis, aliquando tempus, quo desævire tandem discant.

Vidistis ergo mecum, Cives dilectissimi, Magnitudinem JESU CHRISTI, quippe Dei Filii, ejusdem cum Patre Cœlesti dignitatis, nam & humanam Christi Naturam ita elevavit Pater, ut omnia ipsi subjecerit, jusseritque, ut ad ejus Nomen omnium genua flectantur. Ordo nunc postulat, ut perveniamus ad Magnitudinem Rerum, quæ ab ipso fuere peractæ. Venit autem in hunc Mundum Messias, ut Genius humanum, quod suis peccatis vindictam Divinam in se armaverat, ne æterna quidem damnatione exsatiandam, ab hac liberaret pena. Nam postquam primi Parentes, post lapsum, Imagine Divina orbati, affectuum tyrannidi, pravisque cupiditatibus se obnoxios reddidissent, non poterant sôbolem procreare origine sua meliorem, facilius autem deteriorem, ut id statim ex exemplo Caini apparebat. Itaque peccatorum seminum ab Adamo latissime propagatum, omnes omnino homines Summo Numini æqualiter invisos reddidit, omnes æqualiter culpabiles, ut nemo, etiamsi justissimum, aut sanctissimum se reputet, æternæ damnationis pœnam effagere posset. Nulla ergo miseris mortalibus unquam reconciliatio, cum Divino Numine speranda, nisi satisfactum, & quidem plenarie esset Justicia Divinæ. Huic autem satisfacere, non in nostra erat potestate: nam etiamsi omnia peragere studeamus, quæ nobis competit, imperfecta tamen sunt omnia opera nostra, ut fateri cogamur, justitiam nostram esse instar sordidæ vestis, & servos nos esse minime frugi, uti Salvator noster loquitur, Wir sind unmüße Knechte, wir haben gethan was wir zu thun schuldig waren. Si autem ipsa bona opera nullam merentur gratiam apud Patrem Cœlestem, multo minus sufficiunt, ut compensent, aut expungant criminia nostra, quibus injurii Sumus in Sanctitatem, in Justiciam

divinam. Nullum ergo conscientiae afflictæ, & abyssi furii agitatæ supererat solatum, nisi Mediatoris vices in se suscepisset ipse Filius Dei. Solus enim Deus, Humanam Naturam recipiens, sufficiebat, ut Deo irato & vindictam, justiciæ suæ convenientem, postulanti, satisficeret. Ast magni ipsi constituit hoc Mediatoris officium, non enim auro aut argento redimi a pernicie sua poterat genus humanum, sed sanguine & morte cruenta expianda erant piacula, a nobis commissa. Homo peccaverat in Majestatem divinam, ergo homini morendum erat. Itaque necesse erat, ut Messias noster Humanam indueret Naturam, sive ut ex Divina & Humana Christi Natura unus constitueretur Mediator Θεανθρωπος. Deus enim mori non poterat; nudus homo vero, etiamsi sanctissimus fuisset, non sufficiebat, ut universum genus humanum redimeret, aut peccata illorum delereret. Itaque Θεανθρωπος requirebatur, Summus Sacerdos, qui se ipsum in Sacrificium offerret, atque insons ipse, pro sotibus mortem eamque non minus ignominiosam, quam acerbissimam perferret. Eitem solchen Hohen-Priester mussten wir haben, der da wäre heilig, unschuldig, und gerecht, und höher denn der Himmel ist. Ebreor. VII. 26. Consensit vero ipse Pater Cœlestis in hancce Satisfactionem, & Filium unigenitum, dilectissimum, in victimam concessit, ut suam vindictam in eum exerceret, omnemque iram in illum effunderet, toti mortalium generi alias debitam, ac destinatam. Er ist umb unser Missethat willen verwundet, und umb unsrer Sünde willen zuschlagen. Die Strafe liegt auf ihm, auf daß wir Friede hätten, und durch seine Wunden sind wir geheilet, Jesaiæ. C. LIII. 5. Non autem solum ab æterna damnatione nos liberavit, Filius Dei, sed etiam effecit, ut Deus reconciliatus nobis sponte ignosceret, imo non ignosceret tantum, sed jus Adoptionis quoque nobis tribueret. Hoc Adoptionis negotium nobis confert omnia bona, quibus cœlites fruuntur. Quæ quamvis in futura demum vita nos manent, spe tamen præcipiuntur, non vana, non dubia, sed certa, infallibili, ipso Spiritu Sancto fiduciam in nobis accidente, ut cum Apostolo ad Rom. Cap. VIII. 16. proloqui possimus: derselbige Geist giebt Zeugniß unserm Geist, daß wir Gottes Kinder sind. Sind wir denn Kinder, so sind wir auch Erben, nehmlich Gottes Erben, und Mitt-Erben Jesu Christi. Mirandum vero, Cives, est hoc Reconciliationis Mysterium, omnem humanum captum superans, ac per-

mitus

nitus stupendum: nam cum Filius Dei æque graviter ac ipse Pater  
Cœlestis, & Spiritus Sanctus ab hominibus Iesus sit, eodem quippe San-  
ctitatis ac Justitiae gradu gaudens, incomprehensibile sane est, quo-  
modo is pro pessimis mortalium tristissimum mortis ac martyrii offi-  
cium in se suscipere potuerit, aut voluerit? Sed vicit superabundans  
ipsius amor, ac inter justiciam ac perditos mortales intercessit, reme-  
diū subministrans, quo & hisce succurreret, & suæ satisfaceret justi-  
cie. Hinc Paulus Rom. C. V. 8. Darum preiset Gott seine Liebe  
gegen uns, daß Christus für uns gestorben ist, da wir noch Sünder  
waren. it. Joh. Cap. III. 16. Also hat Gott die Welt geliebt, daß  
Er seinem Eingebohrnen Sohn gab, auf daß alle, die an Ihm gläu-  
ben, nicht verloren werden, sondern das ewige Leben haben. Qui  
magnitudinem hujus amoris perpendere aggreditur, facile inveniet,  
se idem agere. ac si profunda maris perlustrare niteretur. Nam et-  
iamsi unum alterumve exemplum adduci posset, quod quis pro amico,  
quem insigniter amat, mortem perferre voluerit; pro inimico tamen  
mortis supplicium Iubenti animo admittere, res sine exemplo erit.  
Miramus ergo, Cives, eo magis amoris hujus magnitudinem, quo minus  
mente eam satis capere valemus; Perpendamus, quantum nos ama-  
verit, ut ad mutuum amorem incitemur, sine quo Deo placere non pos-  
sumus. Ast, quod dolendum merito, tanta plerorumque hominum  
vel imbecillitas est, vel negligentia, aut naturalis pravitas, ut magnitu-  
dinem hujus amoris, quod Deus ipse se in victimam offerre voluerit, ut  
nos sibi reconciliaret, digne satis aestimare nesciant, aut nolint; sive  
quod ipse animus jam a teneris superficiali hujus doctrinæ cognitione  
imbutus, in ipsa acquiescat, & dum toties eadem audit, quasi exsatiate-  
tur; sive quod homines natura magis propendeant in ista, quæ sensi-  
bus blandiuntur, quam in ea, quæ pia ac seria meditatione aestimanda  
funt, & propterea hæc negligant, despiciantque illa vero primario cupiant,  
exoptent, meditentur. Plerique certe mortalium plus dulcedinis hau-  
riunt, & magis lætantur, si forte per hereditatem, aut favorabilem judicis  
sententiam insigne bonorum augmentum fortuantur, quam ex medita-  
tione sacra, quod Filius Dei pro ipsis passus, ac mortuus, ex Satanae com-  
pedibus eos liberaverit, & heredes fecerit Regni cœlorum. Plerique eti-  
am beatos plane se aestimant, si accessum ad favorem Principis, aut Regis  
inveniant, & in horum servitio vitam degere possint, cum tamen hæc fe-  
licitas, dubia, fluxilis, ac caduca sit, & propterea cum servili metu con-  
tinuo juncta; quod autem a Christo redempti aditum habeant ad gra-  
tiam Patris Cœlestis, quod Filii sine Summi Numinis, quod hic honor, &  
quæ

que exinde proficiunt bona, constantia sint, æterna, veram animi tranquilitatem afferentia, & propterea mundanis omnibus præferenda, hoc plerumque frigido animo audiunt accipiuntque, certe vix commoventur, ut in matuum amorem exardescant; nisi variis miseriis & corporis afflictionibus, aut conscientiæ inquietæ tortura, incitati, tandem resipiscere discant, & refugium sibi querant, ad Christum crucifixum, unicum omnis solatii fontem, sine quo nulla animi tranquillitas, nec vera felicitas unquam speranda. Vult enim Deus, ut omnibus recte consulatur, Er will daß allen Menschen geholfen werde. 1. Timoth. II. 4. adeoque, quem indulgentia ac beneficiis commovere nequit, nt ad frugem redeat, plerumque asperioribus remediis coercere, ac reducere in ordinem, aggreditur.

Mature ergo, Cives, Corda vestra præparate, ut digne recipiatis Regem Vestrum, non amplius cruci affigendum, sed plena Majestate ad dextram Patris sedentem: nam quamvis memoriam acerbissimæ in Calvaria mortis quotannis repetamus, ne unquam in oblivionem veniat, quanti constiterit ipsi Redemptionis illud negotium, non tamen necesse est, ut cum Papicolis Christum semper de novo in sacrificium offeramus, quemadmodum isti in celebratione Missæ id persuasum volunt; Christus enim semel in victimam se exhibens, universum genus humanum sibi suo sanguine redemit. Denn mit einem Opfer hat Er in Ewigkeit vollendet, die geheiligt werden. Ebreor. X. 14. it. Er ist einmahl in das Heilige eingegangen, und hat eine ewige Erlösung erfunden. Nunc itaque ad Patris dextram sedens, eademque gloria Majestate gaudens, non indiget nova Satisfactione, pro ipsis, qui nunc vivunt, aut quos futura demum producit ætas; nam etiam horum peccata ante tot secula jam expunxit, & ipse ea nobis remittit sponte, judex aliquando futurus totius universi. Ast necesse est, ut in fide salvifica delicta nostra, in ipsum rejiciamus, & nos ipsius merito, ipsius justicia involvamus, & quod quam maxime necessarium, ut ab ipsis in posterum nobis caveamus. Non enim remissionem peccatorum obtinet, qui in iisdem pertinax perseverat, propterea vel acerbiore disciplina, quam Deus ipse plerumque præparat, in ordinem cogendus, vel, si ne hac quidem coerceri se patitur, tristiori fato tandem reservandus. Cavete ergo Vobis, Cives, nec Corda vestra induitate, sed aures præbete salvificæ doctrinæ, quam præsenti tempore vobis exponent Animarum Curatores, Vigilantissimi, Fidissimi. Heute, heute, so Ihr seine Stimme hören werdet, so verstockt eure Herzen nicht. Ebreor. IV. 7. Gott aber sei Ehre in der Gemeine die in Christo Jesu ist, zu aller Zeit,

von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

P. P. Sub Sigillo Rectorali!

Anno. M DCCXXXIX. Die VIII. Febr.








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1004028954/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004028954/phys_0012)



nitus stupendum: nam cum Filius Dei æque graviter a Cœlestis, & Spiritus Sanctus ab hominibus læsus sit, eodem Etiratis ac Justitiae gradu gaudens, incomprehensibile sarmodo is pro pessimis mortalium tristissimum mortis ac cium in se suscipere potuerit, aut voluerit? Sed vicit super ipsius amor, ac inter justiciam ac perditos mortales interdum subministrans, quo & hisce succurreret, & sua satis citæ. Hinc Paulus Rom. C. V. 8. Darum preiset Gott gegen uns, daß Christus für uns gestorben ist, da wir neu waren. it. Joh. Cap. III. 16. Also hat Gott die Welt gegeben. Er seinem Eingebohrnen Sohn gab, auf daß alle, die an ihn, nicht verloren werden, sondern das ewige Leben habent. magnitudinem hujus amoris perpendere aggreditur, facile idem agere, ac si profunda maris perlustrare niteretur iams unum alterumve exemplum adduci posset, quod quis quem insigniter amavit, mortem perferrere voluerit; pro iniunctio mortis supplicium Iubenti animo admittere, res sine exceptio. Miramur ergo, Gives, eo magis amoris hujus magnitudinem mente eam satis capere valemus; Perpendamus, quantum verit, ut ad mutuum amorem incitemur, sine quo Deo place sumus. Ast, quod dolendum merito, tanta plerorumque vel imbecillitas est, vel negligentia, aut naturalis pravitas, uidein hujus amoris, quod Deus ipse se in victimam offerre nos sibi reconciliaret, digne fari æstimare nesciant, aut non quod ipse animus jam a teneris superficiali hujus doctrinæ imbutus, in ipsa acquiescat, &, dum toties eadem audit, quietur; sive quod homines natura magis propendeant in istis blandiuntur, quam in ea, quæ pia ac seria meditatione sunt, & propterea haec negligant, despiciantque illa vero prima exoptent, meditentur. Plerique certe mortalium plus dulcioriunt, & magis lætantur, si forte per hereditatem, aut favorabili sententiam insigne bonorum augmentum fortiantur, quam tatione sacra, quod Filius Dei pro ipsis passus, ac mortuus, ex sa pedibus eos liberaverit, & heredes fecerit Regni cœlorum. Nam beatos plane se æstiment, si accessum ad favorem Principis inveniant, & in horum servitio vitam degere possint, cum tam licitas, dubia, fluxilis, ac caduca sit, & propterea cum servili timo juncta; quod autem a Christo redempti aditum habeant Patris Cœlestis, quod Filii sint Summi Numinis, quod hic



the scale towards document